



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

B. Aloysius Gonzaga S. I. Studium Angelicæ puritatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)





**B. ALOYSIUS GONZAGA S.I.**

*Studium Angelicæ puritatis.*

Deus, qui B. ALOYSIVM; Angelicæ puritatis gratia tibi acceptum, religiosæ juventuti in exemplum dedisti; da ut mores ejus imitantes in terris, Angelorum consortio fruamur una cum ipso in cælis.

*Ora pro religiosa juventute,*

✠

6,  
re-  
af-  
fe-  
sua  
ere  
Go-  
no  
lia-  
Ju-  
deo  
fuit  
fa-  
ns,  
odo  
ret.  
ia  
em  
se-  
bus  
No-  
tus  
am  
&  
ter  
lo-



**F**erdinando Gonzagâ, Castellionis Marchione, primus filiorum natus Aloysivs an. 1568, ad vitam omnē divino seruitio mancipandam trahi cœpit ab an. ætatis 7; decennis autem perpetuæ castitatis voto sese obstrinxit Florentiæ, dum ibi humanioribus daret operam. Hinc miros in spiritu progressus fecit, maxime ex quo S. Caroli Borromæi cōsilio sacram cœpit frequentare Synaxim, puer tredecennis. Madriti deinde existentē Deipara monuit, ad Societatē Jesu se transferret: sed luctandum diu cum parente fuit. Evicit tamen constantia adolescentis, ut, cum bona ipsius ac Cæsaris gratia, an. 1585 jus omne seculare transcriberet fratri: & Romæ ad S. Andreæ tirocinium auspicatus, tum ibi, tum alibi, grandia provectæ sanctitatis dedit exempla, à Virgilio Ceparo postmodum scripto mandata; cum an. æt. 23, Chr. 1591, in Collegio Romano, ubi Theologiæ cursum absolvebat, hora ac die prædictis, obiisset, communi opinione Sanctus; idque post trimestrem hæcticam, in publici valedudinarii ministerio contractam. Paulus V Beatum nuncupavit, arisque admovit.

*Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Matt. 5.*